CAPUT 3.

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM.

Parochus igitur Matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus festis, ut dictum est, si nullum obstet legitimum impedimentum, in Ecclesia, superpelliceo et alba stola indutus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum et vas aquæ benedictæ cum adspersorio deferat, in medio altaris facie ad sponsos versa dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos, omnipotens et misericors Deus: ut quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

2. Mox sacerdos coram tribus aut duobus testibus, virum et mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum præsentia cohonestari decet, de consensu in matrimonium interroget, utrumque singillatim in hunc modum vulgari sermone:

Zaručniče N. odgovorite mi na ova pitanja. Je li vaša promišljena, slobodna i

ozbiljna volja, ovdje nazočnu N. uzeti za svoju zakonitu ženu po obredu svete matere crkve?

Respondeat sponsus: Jest.

Sacerdos interroget: Obećajete li, da ćete ovdje nazočnu N. N. ljubiti kao sam sebe i kako je kršćanin dužan ljubiti svoju zakonitu ženu?

Resp. sponsus: Obećajem.

Sacerdos interroget: Obećajete li, da ovdje nazočne N. N. nećete ostaviti ni u jednoj nevolji ovoga života, već da ćete s njom u zajednici živiti, dok vas smrt ne razstavi?

Resp. sponsus: Obećajem.

3. Mox sacerdos sponsæ dicat:

Zaručnice N. odgovorite mi i vi na ova pitanja.

Je li vaša promišljena, slobodna i ozbiljna volja, ovdje nazočnoga N. uzeti za svoga zakonitoga muža po obredu svete matere crkve?

Respondeat sponsa: Jest.

Sacerdos interroget: Obećajete li, da ćete ovdje nazočnoga N. N. ljubiti kao sama sebe i da ćete mu podložna biti kao što je kršćanska žena dužna biti podložna svomu zakonitomu mužu u svem, što se ne protivi kršćanskomu zakonu?

Resp. sponsa: Obećajem.

Sacerdos interroget: Obećajete li, da ovdje nazočnoga N. N. nećete ostaviti ni u jednoj

nevolji ovoga života, već da ćete s njim u zajednici živiti, dok vas smrt ne razstavi.

Resp. sponsa: Obećajem.

4. Nec sufficit consensus unius, sed debet esse amborum et expressus aliquo signo sensibili, sive fiat per se, sive per procuratorem.

5. Postea sacerdos prosequitur: Sada dajte jedno drugomu desnu ruku.

Mox dicat sponso: Zaručniče govorite za mnom.

Ja N. * uzimam tebe N. * za svoju zakonitu ženu * po obredu svete matere crkve * i obećajem ti * pred Bogom i ovimi svjedoci * ljubav i vjernost do groba; * tako mi Bog pomogao!

Modo sacerdos sponsæ dicat: Zaručnice govorite i vi za mnom.

Ja N. * uzimam tebe N. * za svojega zakonitoga muža * po obredu svete matere crkve, * i obećajem ti * pred Bogom i ovimi svjedoci * ljubav i vjernost do groba; * tako mi Bog pomogao!

6. Junctas adhuc manus sacerdos stola sua circumvolvat suamque dexteram superimponens dicat:

Ego conjungo vos in matrimonium. In nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

7. Mox dicat sacerdos: Sada mi dajte svoje prstene, da ih blagoslovim.

Benedictio Annulorum.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Bénedic ✠ Dómine, ánnulos hos, quos nos in tuo nómine benedícimus ✠, ut qui eos gestáverint, fidelitátem íntegram sibi invicem tenentes, in pace, et voluntáte tua permáneant atque in mútua caritáte semper vivant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

8. Deinde Sacerdos adspergat annulos aqua benedicta in modum crucis; quos reddens dicat ad sponsos conversus:

Da utvrdite svoje svečano obećanje, podajte jedno drugomu vjenčani prsten. Neka vas taj prsten sjeća ljubavi i vjernosti, koju ste si sada uzajamno obećali.

Et sponsus acceptum annulum de manu sacerdotis imponit in digito annulari sinistræ manus sponsæ, et sponsa similiter sponso imponit annulum, sacerdote dicente:

In nómine Patris ✠, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

Mox subjungat:

℣. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Esto eis Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Réspice, quæsumus Dómine, super hos fámulos tuos: et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assíste; ut qui te auctóre jungúntur, te auxiliánte servéntur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

9. His expletis, si benedicendæ sint nuptiæ, Parochus Missam pro Sponso et Sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus quæ ibi præscribuntur.

10. Mox eos sacerdos (si opportunum judicaverit) sermone gravi moneat, ut sibi invicem servent fidem: orationis tempore, et præsertim jejuniorum ac solemnitatum, casti maneant: et vir uxorem atque uxor virum diligat: et in timore Dei permaneant.

11. Postea eos aspergat aqua benedicta in modum crucis dicens:

Pax et benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super vos et maneat semper. ℟. Amen.

12. Peractis omnibus, Parochus manu sua describat in libro Matrimoniorum nomina conjugum, et testium, et alia juxta formulam præscriptam; idque, licet alius Sacerdos, vel a se, vel ab Ordinario delegatus, Matrimonium celebraverit.

CAPUT 4.

ORDO CELEBRANDI NUPTIAS JUBILÆAS.

Si qui secundum laudabilem consuetudinem benedictionem matrimonii jubilæi postulent, doceat eos parochus, illam benedictionem non esse ritum sacramentalem, neque nova officia per illam suscipi, sed esse potius solemnem gratiarum actionem, atque occasionem, bona animi proposita instaurandi.

2. Parochus finita missa de die, vel si conjuges non possunt assistere missæ, alio congruente tempore superpelliceo et stola albi coloris indutus stans in medio altaris facie ad conjuges versa dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te

Cinerum usque ad Oct. Paschæ inclusive, solemnitates nuptiarum prohibitas esse, ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Nuptiæ vero qua decet modestia et honestate fiant: sancta enim res est Matrimonium, sancteque tractandum.

19. Quæ omnia fere ex sacri Concilii Tridentini decretis desumpta, et item alia, quæ ibi de Matrimonio rite contrahendo præcipiuntur, sunt diligenter servanda.

CAPUT 2.

ORDO CELEBRANDI SOLEMNIA SPONSALIA.

Parochus virum et mulierem, si nullum inter eos sit canonicum impedimentum, de consensu in sponsalia interroget utrumque coram duobus testibus et Crucifixo ardentibus duabus candelis singillatim in hunc modum vulgari sermone:

N.! obećajete li vi ozbiljno, da ćete ovu nazočnu N. u svoje vrieme uzeti za svoju zakonitu ženu?

Sponsus respondeat: Obećajem.

2. Mox sacerdos sponsam interroget:

N.! obećajete li vi ozbiljno, da ćete ovoga nazočnoga N. u svoje vrieme uzeti za svoga zakonitoga muža?

Sponsa respondeat: Obećajem.

3. Mutuo consensu intellecto dicit sacerdos:

Da to obećanje potvrdite, podaj zaručniče svoj prsten zaručnici, a onda si dajte desnu ruku pred prisutnimi svjedoci.

4. Jungentibus iis invicem dexteras dicit sacerdos:

Confirmet hoc Deus, quod operatus est in vobis, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

5. Vagi, peregrini, et qui incertas habent sedes; item ii, qui in tribus proclamationibus ab ordinario sunt dispensati, ante matrimonii contractionem jurent, se esse in libero statu et nullo impedimento ligari. Itaque præsentibus duobus testibus et ardentibus duabus candelis coram Crucifixo sequens juramentum deponat primum sponsus, deinde sponsa parocho singula verba prænuntiante:

Zaklinjem se Bogom živim, da sam još neoženjen (neudata), i da nisam nikomu drugomu osim svojoj prisutnoj zaručnici (svojemu prisutnomu zaručniku) N. N. ženitbe obećao (obećala), i da ne znam za nijednu crkvenu zapreku proti ženitbi, koju kanimo sklopiti. Tres digitos manus dexteræ super librum evangelii imponendo prosequitur: Tako mi Bog pomogao i njegovo sveto evangjelje!